



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente
XI. editas

Luxemburgi, 1739

CXXX. De primatu inter Fratr. Min. de Observantia, & Augustinianos in
Regno Mexicano.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](#)

ANNO
1700.

INNOCENTIUS DUODECIMUS. 341

ANNO
1700.

Cause hujus
Concessio-
nis, & pre-
ces Provin-
cialis.

Concessio
ejusdem In-
dulgen. in
quocumque
alio Menium
die.

Clausula.

CXXX.

Dat. 4. April.
1700. An. 9.

Decretum
præd. circa
primum in
actibus tam
publicis,
quam priva-
tis an. 1700.
editum.

ne, & sufficienter expresso, ac ad verbum in-
fero uberior afferit contineri.

S. 1. Cum autem sicut eadem expositio sub-
jungebat plures Societatis hujusmodi Presbyte-
ri per diversas Catholicorum in Regno Angliae
degenitum Domos, ad hoc ut eos consulatur
ministrando illis Sacraenta, verbum Dei præ-
dicando, ac in via salutis dirigendo, clam tam
men, propter severissimas Regni prædicti le-
ges id vetantes, mitti consueverint; verum multi
ex iisdem Christifidelibus inter se habitatione di-
fent, nec ad omnes Presbyteri præfati iisdem
diebus Dominicis accedere valent, ac propte-
re idem Provincialis opportune in præmissis a
Nobis provideri summopere desiderat: Nos piis
ipsius Provincialis votis hac in re quantum cum
Domino possumus, favorabiliter annuere volen-
tes supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc
humiliter porrectis inclinati, omnibus utriusque
Sexus Christifidelibus nunc, & pro tempore
in dicto Regno Angliae commorantibus, qui quo-
cumque die, quo eis id commodum fuerit cura,
& opera Presbyterorum dicta Societatis in co-
dem Regno pro tempore Missionariorum, semel
dumtaxat quolibet Mense, in aliqua Ecclesia seu
Oratorio Regni præfati ubi Missa licite celebre-
tur, idem Sanctissimum Eucharistia Sacramen-
tum sumperint, ibique sicut præmittitur ora-
veriat, ut supradictam plenariam Indulgenciam,
& remissionem, quam pariter Animabus Fide-
lium Defunctorum applicare possint lucentur in
omnibus, & per omnia perinde ac si præmissa in
una ex Dominicis præfatis juxta dictarum litera-
rum præscriptum peregrinant, servata tamen in
reliquis earundem literarum forma, & disposi-
tione, Apostolica auctoritate tenore præsentium
concedimus, & indulgemus.

S. 2. Non obstantibus quatenus opus sit, No-
stra Cancellaria Apostolica Regula de non con-
cedendis Indulgencias ad instar, ac aliis Constitu-
tionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæ-
terisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub
Annulo Pisc. die VI. Martii MDCC. Pontificatus
Nostræ Anno Nono.

Confirmatur Decretum Congreg. Rituum circa
primatum pro Provincia S. Didaci FF. Min.
de Observ. Discalce. contra FF. Augustinianos
in Regno Mexicano.

A Clem. X. Conf. ed. 1676. Jun. 3. confirmatum fuit
simile Decretum. De primatu inter Min. de Ob-
serv. & Conventuales vide Inn. XI. Conf. ed.
1684. Apr. 14. P. 8. Et Clem. XI. Conf. ed. 1702.
Nov. 24. P. 2. confirmatur præsens Constitutione.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Emanavit nuper a Congregatione Venerabi-
lium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardina-
lium Sacris Ritibus præpositorum ad favorem
dilectorum filiorum Fratrum Provinciae S. Didaci
nova Hispania in Indiis Ordinis Fratrum Mi-
norum S. Francisci de Observantia Discalceato-
rum nuncupatorum Decretum tenoris, qui se-
quitur, videfecit: Mexicana præcedentiae. Re-
missa ad Auditor. Sanctissimi Domini Nostrri In-
nocentii PP. XII. ad Sac. Rituum Congregatio-
nem Causa Præcedentiae inter Patres Discalceato-
res strictroris observantie Sancti Francisci Pro-
vinciae S. Didaci ex una, & Patres Augustinianos
Provinciae Sanctissimi Nominis Iesu ex altera
partibus in Regno Mexicano ultimo loco agitata

super executione Decretorum ejusdem Sacrae
Congregationis diversis temporibus ad favorem
corundem Patrum Discalceatorum Sancti Fran-
cisci alias editorum, & signanter lati sub die 3.
Junii 1676., & per literas in forma Brevis Da-
tas 19. Junii ejusdem anni sa. me. Clementis PP.
X. approbati, & confirmati; Propositioque ab
Eño, & Rmō D. Cardinale Petruccio in eadem
Sac. Rituum Congregatione infra scripto Dubio,
videlicet. An Fratribus Discalceatis strictroris
Observantie Ordinis Sancti Francisci non solum
in Processionibus solitis, & sub propria Cruce,
sed etiam in Concionibus, Dispunctionibus, Con-
currentia Prælatorum, aliquis actibus tam pu-
blicis, quam privatis interveniente, vel non in-
terveniente Familia de observantia, competat
Præcedentia supra Fratres Sancti Augustini. Sa-
cra eadem Rituum Congregatio, tam in voce,
quam in scriptis partibus acerrime informantibus
auditis, respondit. In casu, de quo agitur,
Præcedentiam competere Patribus Discalceatis
Sancti Francisci, ac amplius Dubium proponi
vetur. Et ita decrevit, & servari, ac exequi
mandavit die 13. Martii 1700. A Cardinalis Cy-
bo. B. Inchiramus Sec.

S. 1. Cum autem sicut dilectus pariter filius
Josephus Montoro prædicti Ordinis Fratrum
Discalceatorum Professor Provinciae S. Didaci
Custos, & Procurator Nobis subinde exponi fe-
cit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmius sub-
sistat, & servetur exactius, Apostolicae confir-
mationis nostræ patrocinio communiri pluri-
num desiderat: Nos ipsos Josephum Custo-
dem, & Procuratorem specialibus favoribus,
& gratiis prosequi volentes, & a quibusvis ex-
communicationis, suspensionis, & interdic-
ti, aliquis Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pe-
nis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel
causa latis, si quibus quomodolibet innodus
existit ad effectum præsentium dumtaxat con-
sequendum harum serie absolventes, & absolu-
tum fore censentes, supplicationibus ejus No-
mine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati,
Decretum præsertum, auctoritate Apo-
stolica, tenore præsentium confirmamus, & ap-
probamus, illique inviolabilis Apostolica fit-
mitatis robur adjicimus, salva tamen semper in
præmissis auctoritate præfata Congregationis
Cardinalium.

S. 2. Decernentes easdem præsentes Literas,
semper firmas, validas, & efficaces existere, &
fore, suoq[ue] plenarios, & integros effectus fortis-
ri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro
tempore quandocumque spectabit, amplissime
suffragari: Sicque in præmissis per quoscumque
Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cau-
sarum Palatii Apostolici Auditores judicari, &
definiri debet; ac irritum, & inane, si secus
super his a quoquam quavis auctoritate scienter,
vel ignoranter contigerit attentari.

S. 3. Non obstantibus Constitutionibus, &
Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contra-
riis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub
Annulo Piscat. die IV. Aprilis MDCC. Pont. Nostræ
Anno Nono.

Declaratur facultas eligendi Confessariunt ab
Ordinario approbatum in Bulla Crucifera
concessa, cum damnatione opinioris con-
trariae.

Hac de re vide Clem. X. Conf. ed. 1670. Jun. 11.
P. 1. Item hujus Pontificis Constitut. edit. 1698.
Sept. 6. P. 8.

Preces Pro-
curatoris
Provincie.

Confirmatio
relati De-
creti.

Clausula.

CXXXI.